

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

## **M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens De Philosophia Volumen Secundum

**Cicero, Marcus Tullius**

**Venetiis, 1583**

Perillvstri Comiti Alfonso Beccariae

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770553](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-770553)



PERILLVSTRI  
COMITI  
ALFONSO. BECCARIAE



QVOD maxime mihi erat in optatis, ut aliquam Tibi gratiam referrem, pro multis in me collatis officijs, id nunc euenisse uehementer laetor. Cum enim Papiam superiore anno uenissem, ut illustrem multis nominibus Urbem uiserem, & Bartholomaeum Capram, Octauianumq. Ferrarium, quos uiros Patris mei testimonio iamdiu colebam, alloqui, eorumq. suauissima consuetudine frui mihi concessum esset; dici uix potest, quantum ornamenti accessisse mihi putarim, cum Tu, quae Tua singularis est humanitas, tam liberaliter Tuam mihi amicitiam detulisses. Ne me existimes hoc auribus Tuis dare. norunt, qui Te norunt, maximam in Te humanitatem conspici; &, cum ex ea Familia sis natus, ex qua Tot illustres Heroes, tamquam ex equo Troiano prodire, omnium fere maiorum Tuorum uirtutem in Te sitam. quo fit, ut summam Tui nominis celebritatem non solum in celeberrima ista ciuitate, sed etiam apud exterar omnes gentes Tibi compararis. Totos dies recte agendo ducis. nihil Te, uel ex historia, humanae uitae uera custode, uel ex ijs legibus, quae nos bona sequi, mala uitare iubent, fugit. Opportune igitur peritissimo Legum omnium Alfonso Beccariae Commentarium in Ciceronis libros de Legibus dicandum statui. Ut exstet hoc de Tuis uirtutibus, si non quale cupio, aliquid tamen testimonium. Erit fortasse, cum ingrati animi uitio me non laborare affirmabis. Laelium Gauardum, qui tamdiu a me abest, neque tamen, cum istic sit, abesse uidetur, mihi carum, Tibi non ingratum, cupio saluari meo nomine. Ab eius discessu, uel quod reditum properet, uel maximarum occupationum causa, adhuc litteras exspecto, quas tamen frequentes fore promiserat. reliqua Tute nosti, qui meos sensus, & meum in illum animum cognoscis. fac igitur,

Y - tur,

tur, quaeso, ut haec illi communia sint. Deus opt. max. prospera Ti-  
bi omnia concedat. Venetijs, Nonis Oct. ∞ DXXCIII.

Tibi deuinctissimus,

Aldus Mannuccius, P. F. A. N.



QVOD maxime mihi erat in optis, ut aliquid Ti-  
bi gratiam referrem, pro multis in me collatis offi-  
cijs, id nunc euenisse uehementer laetor. Cum enim  
Papam superiore anno uenisset, ut illustrem mul-  
tis nominibus Vrbem uisitam, & Bartholomaeum  
Capram, Octavianum, Ferratum, duos uirum Pa-  
tris mei testimonio tandem coleram, aliquid, co-  
muni suauissima conuentione fuit mihi concessum esset, dici uix  
potest, quantum ornamentum accessisset mihi putarem, cum Tu, pater  
Tui singularis est humanitas, cum liberaliter Tuam uolui amicitiam  
deuoluisse. Ne me existimes hoc auribus Tuis dare. nouit, qui se  
nouit, maximam in Te humanitatem conspici, & cum ex ea fami-  
liis uisus, ex quo Tor illustres Heros, tamquam ex equo Troiano  
proderet, omnium fore maiorem Tuorum uirtutum in Te firmam, quo  
in Te humanam Tui nominis celebritatem non solum in celebratis  
illis cultis, sed etiam quod exeras omnes gentes Tibi comparatis.  
Tunc tres recte agendo ducas, nihil Te, uel ex historia, humanitas  
aut uis cultus, uel ex in legibus, quae nos non sedat, mala ut  
inhibent, fugit. Oportuit igitur peritissimo legum omnium Al-  
fonsio Beccario Commentarium in Cicerois libros de Legibus diuina-  
tum fieri. Ut exister hoc de Tuis uirtutibus, si non quale cupio, ali-  
quid tamen testimonium. Fuit fortasse, cum ingratum animi uisio me  
non laborare stans. Lachum Guardum, qui tandem a me ab-  
est, uide meum, cum hinc sit, abesse uideam, mihi carum, Tibi  
non ingrati, cupio saluari meo nomine. Ab eius ductella, ut  
quod redierunt properet, ut maximam occupationem nulla, adhuc  
hinc exspecto, quae tamen redueat fore pronouit. Tibi  
Tuis, qui meos sensus, & meum in illius animam cognoscis. facit





I N  
M. TVLLII. CICERONIS  
DE LEGIBVS  
LIBRVM . I.

Commentarius Aldi Mannuccij.



C I C E R O



**L**VOVS quidem ille, & haec Arpinatium quercus agnoscitur, saepe a me lectus in Mario, si manet illa quercus, haec est profecto. euenim est sane uetus. **QVINCTVS.** Manet uero, Attice nosser, & semper manebit: fata est enim ingenio: nullius autem agricolae cultu stirps tam diuturna, quam poetae uersu, seminari potest. **Att.** Quo tandem modo, Quinte: aut quare est istud, quod poetae serunt? mihi enim uideris, fratrem laudando, suffragari tibi. **Q.** Sit ita sane: ueruntamen, dum Latinae loquentur litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur: eaque, ut ait Scaeuola de fratris mei Mario, Caneset faeclis innumerabilibus. nisi forte Athenae tuae sempiternam in arce oleam tenere potuerunt: aut, quod Homericus Ulysses, Deli se proceram, & teneram palmam uidisse, dixit, hodie monstrant eandem. multaque alia multis locis diutius commemoratione manent, quam natura stare potuerunt. quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nuncia fulua Iouis, miranda uisa figura, nunc sit haec: sed, cum eam tempestas, uetustas uel consumpserit, tamen erit his in locis, quam Marianam quercum uocent. **Att.** Non dubito id quidem: sed haec iam non ex te, Quinte, quaero, uerum ex ipso poeta, tui ne uersus hanc quercum seuerint, an ita factum, de Mario, ut scribis, accepis. **MARCVS.** Respondebo tibi equidem, sed non ante, quam mihi tu ipse responderis, Attice: certe: non longe a tuis aedibus inambulans, post excessum suum Romulus Proculo Iulio dixerit, se deum esse, & Quirinum uocari, templumque sibi dedicari in eo loco ins-

serit; & uerum ne sit, Athenis, non longe item a tua illa antiqua domo, Oribythiam Aquilo sustulerit. sic enim est traditum. **Att.** Quorsum tandem, aut cur ista quaeris? **M.** Nihil sane, nisi ne nimis diligenter inquiras in ea, quae isto modo memoriae sint prodita. **Att.** Atqui multa quaeruntur in Mario, ficta ne, an uera sint, & a non nullis, quod & in recenti memoria, & in Arpinati homine: sed ueritas a te postulatur. **M.** Et mehercule ego me cupio non mendacem putari: sed tamen isti, Tite nosser, faciunt imperite, qui in isto opusculo non ut a poeta, sed ut a teste ueritatem exigant. nec dubito, quin ijdem, & cum Egeria collocutum Numam, & ab aquila Tarquinio apicem impositum putent. **Q.** Intellego te, frater, alias in historia leges obseruandas putare, alias in poemate. **M.** Quippe, cum illa ad ueritatem, Quinte, referatur, in hoc ad delectationem pleraque: quamquam & apud Herodotum, patrem historiae, & apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae. **Att.** Teneo, quam optabam occasionem, neque omittam. **M.** Quam tandem, Tite? **Att.** Postulatur a te iam diu, uel flagitatur potius historia. sic enim putant, te illam tractante, effici posse, ut in hoc etiam genere Graeciae nihil cedamus. atque, ut audias, quid ego ipse sentiam, non solum mihi uideris eorum studijs, qui tuis litteris delectantur, sed etiam patriae debere hoc munus; ut ea, quae salua per te est, per te eundem sit ornata. abest enim historia litteris nostris, ut & ipse intellego, & ex te persaepe audio. potes autem tu profecto satisfacere in ea; quippe cum sit opus, ut tibi quidem uideri solet; unum hoc oratorium maxime. Quamobrem aggredere, quae sumus, & sume ad hanc rem tempus, quae est a nostris hominibus adhuc aut ignorata, aut relictata. nam, post annales pontificum maximorum, quibus nihil potest esse incundius, si aut ad Fabium, aut ad eum, qui

